

pefactus, iuuenis ille corruens in terram clamauit etiam ipse in
 15 exstasy factus: "*Gladius domini* occidit nos." Quem cum pres-
 byter percussus putaret, festinauit, ut eum a terra leuaret;
 sed ille nullam habens lesionem protulit hunc sermonem: "Si
 litteras que in palla altaris sunt uiderimus, non moriemur."
 Existimans autem eum hoc pre timore ignoranter clamare 61^r
 20 accessit iterum ad altare et in loco quo sacra conficiuntur inuenit
 in palla quinque litteras in modum crucis absque humano opere
 scriptas, scilicet in expansione A, P et H, in erectione K et D.
 His uisis et diligenter notatis iuuenis uiribus receptis erigitur,
 sacerdos palla complicata et candelis extinctis domum stupidus
 25 reuertitur. Littere septem diebus durauerunt, octauo die et
 deinceps non comparuerunt.

Quod secum mirans religiosis et sapientibus factum innotuit,
 sed quid portenderet a nullo hominum experiri potuit, donec
 post sedecim tandem annos, cum fama toti mundo beatam
 30 Hildegardem Spiritu sancto illustratam diulgaret, ueniens ad 62^r
 eam cognoscere meruit, sicut ipsa per Spiritum didicit, quid
 tantum oraculum designaret. Sicut enim quondam Daniel in
 pariete uisas, sic ipsa in palla descriptas in hunc modum ex-
 posuit litteras: K. kirium, P. presbyter, D. derisit, A. ascendat,
 35 P. penitens, H. homo. Quod ille audiens timore correptus pec-
 catricem accusat conscientiam et correctus et monachus effectus
 preterite uite neglegentias emendare aggreditur per penitentiam
 et, sicut sancta uirgo litteras exposuit, ad altiorem et distric-
 tiorem uitam ascendens perfectum Dei seruum se in sancta
 40 conuersione exhibuit. |

XVII. Inter hec etiam illud de ipsa est notabile, quod Colo- 62^r
 niam, Treuerim, Mettim, Herbipolim, Babenberch Spiritu diuino
 non modo acta sed coacta ueniens clero et populo que Deus

15 Is. 34, 6; Ierem. 12, 12 22 cf. B, f. 57^v; uide app. XVII, tab. 11
 32/33 cf. Dan. 5

15 exstasi P, exstasym B 16 leuaret a terra P 17 habens] habuit P
 27 secum mirans] se commirans P 28 quid] quod P pretenderet P
 29 toti] tota die, (die del.) P 30 Hildegardam P 34 kyrie B
 III, XVII, 1 XIX R ipsa] se *praem.* B

19 pre timore hoc G¹ G² 20 ad altare iterum G² sacra conficiuntur]
 dominicum sacramentum conficitur G¹ G² 36 correctus] correptus G² 38/
 39 districtiorem] strictiorem G¹ G²
 III, XVII, 1 etiam ... notabile] satis est mirabile G¹ G² 2 Herbipolis
 G¹ G² 3 sed] magis *add.* G¹ G² ueniens] uirgo deueniens G¹ G²

uoluit annuntiauit et in monte sancti Disibodi, Siberch, Euer-
 5 bach, Hersaugia, Zuifelden, Muodenburnen, Ruodenchirchen, Ki-
 zingen, Cruothendal, Herde, Hagenhe, Werde, Andernacho, in
 monte sancte Marie, in Elsun et Winkelo, que ad utilitatem
 animarum pertinebant, iuxta ea que ei Deus reuelauerat ma-
 nifestauit.

XVIII. Interea cum iuxta uillam Ruodenesheim Rheni fluenta
 nauigio sulcaret et ad contiguum monasterium sanctimonialium 63^r
 properaret, quedam mulier cecum puerulum gestans in ulnis
 naui appropiauit et, ut ei sanctas manus imponeret, flebiliter
 5 acclamauit. Que pio affectu memor illius, qui dixit: *Vade ad*
natoria Syloe et laua, aquam fluuii sinistra hausit et benedixit
 manu dextera; quam ut oculis pueri iniecit, diuina fauente
 gratia uisum recepit.

XVIII. Alio tempore homo quidam caducum morbum acriter
 patiebatur, uenerabilem uirginem, ut sibi subueniret, anxius
 deprecabatur. Que salubri benedictione ita eum consignauit,
 quod a die illa et deinceps idem morbus amplius eum non
 5 grauauit. | Quod cum domi nuntiasset in se factum miraculum, 63^r
 multi pro remedio eiusdem morbi ad eam properantes per
 benedictionis sue liberati sunt signaculum.

XX. Inter cetera autem uirtutum insignia data est a Domino
 sancte uirgini ab obsessis corporibus demones eiciendi gratia,
 sicut de quadam nobili et adhuc tenere etatis femina describit
 factum ipsa uenerabilis domina. Ait enim:

III, XVIII, 5/6 Ioh. 9, 7

4 sancti Disibodi] sancti disysibodi *corr. ex* Sysibodi B 7 in Elsun] Melsun
 B, *om. P, cf. Führkötter, Leben, p. 111 et adn. 46.* Winkelo] in Winkelo R P,
 Winkelon B

III, XVIII, 1 XX R Rudenesheim T 4 approuiauit R, appropinquauit
 B 7 dextera RB

III, XVIII, 1 XXI R 5 Quod] Qui B 6 properantes] preparantes P

III, XX, 1 XXII R 4 domina] mater R

4 in Siberch G¹G² 4/5 in Euerbach G¹G² 5 in Hirsaugia G¹G²
 Zuifelden] et in felden G¹G² 7 et] *om. G²*

III, XVIII, 2 ad] *om. G²* 3 puerulum] puerum G¹G² 6 hausit sinistra

III, XVIII, 2 anxius] enixius G¹G² 4 eum amplius G¹G²